

GREGORIO XIII Y LA COFRADIA DE LA MISERICORDIA DE SAN SEBASTIAN

Por JOSE GOÑI GAZTAMBIDE

El año de 1574 fue fundada en San Sebastián y en su parroquia de San Vicente la Cofradía de la Santa Misericordia, siendo Vicario el Bachiller D. Pedro de Arrazain y Miranda (1). Tres años más tarde, respondiendo a solicitud de Juan y Francisco de Mutiloa, Gregorio XIII otorgaba indulgencia a la misma, como podrá verse en el documento que a continuación transcribimos. Esta Cofradía, llamada también de la Veracruz, difundida en otras villas guipuzcoanas, tenía como fin la asistencia y socorro de los pobres vergonzantes y de los condenados a muerte. Gregorio XIII le otorgó su aprobación apostólica y numerosas indulgencias en días de fiestas señalados.

Gregorio XIII confirma la cofradía de la Misericordia fundada en San Sebastián para socorro de pobres vergonzantes y consueio de los condenados a muerte, y concede indulgencias.

25 septiembre 1577

Ad perpetuam rei memoriam.

Ea cura nos assidue tenet, ut charitatis et misericordiae opera ubique locorum exercentur. Unde his quae propterea ad eum finem instituta fuisse accepimus, partes nostras libenter interponimus, ipsisque fidelibus indulgentias et peccatorum remissiones propterea ducimus proponendas.

Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Joannes et Franciscus de Mutiloa et alii confratres confraternitatis della Mise-

(1) Cfr. J. IGNACIO TELLECHEA IDÍGORAS: *La Reforma Tridentina en San Sebastián. El Libro de Mandatos de visita de la parroquia de San Vicente* (San Sebastián, 1972), pág. 197. En el siglo siguiente figura como altar de la Cofradía el de San Sebastián, *ibid.*, pág. 148. Alguna noticia referente a la misma se encuentra en las actas de 1580 y 1584, *ibid.*, págs. 205 y 242.

ricordia oppidi Sancti Sebastiani, Pampilonensis diocesis, canonicè institutae, quod ipsi zelo devotionis accensi, subventionem pauperum verecundorum et consolationem eorum qui in poenam capitis pro tempore in dicto oppido sic eorum exigentibus demeritis condemnati, ultimi supplicii poena affiendi sunt sollicitis studiis ac ingenti cum charitate et diligentia assidue intendunt, eosque an sacramenta ecclesiastica suscipienda exhortantur, illisque presto ad sunt ac eosdem ab omni in eorum animo concepta obstinatione avertere et remove conantur, necnon Christi et martirum exemplis ad perferendos corporis cruciatus pie hortantur et monent, ac cunctorum pauperum cadavera etiam in mari morientium ecclesiasticae tradi sepulturae procurant, aliaque pietatis opera ad magnam christifidelium aedificationem et plurimorum salutem exercere consueverunt et in dies, Deo adiutore, in via Domini eosdem magis magisque proficere posse creditur.

Cum autem confratribus in huiusmodi operum exercitio assidue conservandis opere pretium sit eos specialibus gratiis et indulgentiis propositis cohortari, pro parte eorumdem Johannis et Francisci tam suo quam aliorum confratrum predictorum nomine nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus institutioni confraternitatis huiusmodi pro illius firmiori subsistentia robur apostolicae confirmationis addicere ac alias in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur Joannem et Franciscum ac reliquos confratres praedictos a quibusvis excommunicationis, etc. censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, institutionem confraternitatis huiusmodi quae, ut accepimus, ab ordinario comprobata iam fuit, apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus, omnesque et singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in eadem, supplementum, ac nunc et pro tempore existentibus confratribus ut pro eiusdem confraternitatis felici regimine, quaecumque statuta, capitula et ordinationes licita et honesta ac sacris canonibus et concilio Tridentino non contraria ab ordinario loci approbanda, condere et edere ac prout rerum et temporis ratio exegerit, mutare et alterare libere et licite valeant, concedimus (*sigue seis líneas tachadas*), et insuper reddere omnino teneri.

Et insuper omnibus et singulis utriusque sexus dicte confraternitatis confratribus et confessis ac sanctissimum Eucharistiae sacramentum in festo visitationis beatae Mariae semper Virginis decem annos, in prima vero dominica cuiuslibet mensis summentibus septem annos et totidem quadragenas, in reliquis autem dominicis diebus centum dies, ac in Epiphaniae Domini, Annunciationis et Assumptionis eiusdem beatae Mariae Virginis, et Nativitatis ac Transfigurationis Domini, nativitatis Sancti Joannis Baptistae ac

Sancti Francisci, necnon in prima novembris omnium sanctorum festivitatum diebus confessis pariter et communicatis etiam septem annos, totidemque quadragenas de iniunctis eis aut alias quemodolibet debitis penitentiis misericorditer in Domino perpetuo relaxamus (*Siguen 18 lineas tachadas*).

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXC aprilis 1577 anno 5.^o

Illustris dominus orator catholicus dicit se supplicante, Sanctitatem Vestram fecisse gratiam.

Caesar Glorierius.

(Arch. Vaticano, Armario 42, t. 30, f. 88-90, olim 85-87, minuta en papel).